



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Agens De Rebus Ecclesiæ Sacris, & profanis, earumque usu, acquisitione,  
conservatione, & alienatione

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

Titulus VIII. De Contractibus gratuitis, & lucrosis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61834)

7. demique præscriptio, quæ si perfecta, & completa fuerit maxima & minima debita tollit, privando creditores potestate sua exigendi, quâ tot annorum spatium ubi neglexerunt. *c. ad aures. de præscriptionib. c. Vigilant. eod. l. sicut in rem 3. C. de præscrip. 30. & 40. ann. ubi nec actiones reales, nec personales ultra 30. annorum spatium protendendas esse definitur. Cov. in Reg. possess. par 3 §. 2. Tiraq. de præscr. §. 1. Glo. 2. n. 13. Gutier. l. 2. q. 1. n. 24. Mol. Disp. 560. Ess. 6. 6. Dub. xi. n. 36. Socin. Reg. 1. Debitor speciei*

*Onnatu contr. Disp. 21. Tusch. in v. debitor. Concl. 55. & 56. Hartm. l. 2. et 7. addens, sicut debitor compellere potest creditorem, aut restituat sibi instrumentum debiti soluti per conditionem sine causa. l. dissoluta C. de condact. ex l. vel si non extat, novum conficiat de completâ solutione, ita quandoq; compelli debitorem posse ad faciendum instrumentum, quo fateatur illud, quod solvit, debitum fuisse ex tali causa, ne postea dicat indebitum à leolutum esse. l. plures C. de fid. instrum.*

## TITULUS VIII.

### De Contractibus gratuitis, & Lucrativis.

#### §. I.

#### De Deposito.

**A**D particularia descendentes ipso agnatæ spei & cupiditatis impulsu in lucrativas Conventiones incidimus, quasi jam reperta fortuna. Hos quinario numero plerique DD. comprehendunt, & enumerant hoc ordine. *Depositum, Donatio, Commodatum, Precarium, & Mutuum.* Vel enim res gratuito datur in utilitatem, dantis tantum, & est depositum, vel in gratiam accipientis, & tum vel traditur liberè quoad substantiam estq; donatio vel quoad usum duntaxat, & est Commodatum, aut precarium. Si autem detur quoad substantiam & usum simul cum obligatione reddendi in eadem specie, erit Mutuum. Ad donationem quæ pertinent, supra per occasionem Tit. 1. §. 3. expedivimus. Reliqua ordine declarabimus.

**D**Epositum aliud est propriè, aliud impropriè dictum: hoc admixtum habet alium contractum, puta locati conducti, si pretium detur, aut mutui. Si non reddendum sit idem numero; illud definitur *Contractus, quæ res aliqua alteri custodienda traditur, ut restituat integram. l. i. ff. de positi.* Dicitur 1. *Contractus, quod illi genus. 2. res aliqua traditur & ut plurimum mobilis. Loco differentie sunt. Idè enim deponitur, ut servetur, nec dominium illius nec usufructu translatio. Distinguitur itaque à Mutuo, ubi dominium transfertur; à Commodato, in quo conceditur usus; Pignore, quod datur in cautionem. Precario, in quo etiam usus conceditur, sed ad placitum. A Contractibus onerosis*

nerosis emptione, locatione, & similibus evidentur distinguitur, 3. additur ad custodiendum, ut separetur ab aliis in quibus alius finis intenditur. Cum enim in utilitatem solius deponentis constituatur, non alia quam conservandi causa interveniat, necesse est. *Intellige, regulariter.* Alias nihil vetat, aliquando deponi aliquid etiam in gratiam accipientis, ut nimirum utatur pecunia, modo ejusdem quantitatis, & numeri monetam suo tempore reddat deponenti. *Melon. tit. 19. n. 1.*

II. Depositum quali species quaedam est sequestrum quod voluntarium, & involuntarium ex modo constituendi. Nam duobus modis perficitur. 1. utriusque partis consensu, cum res litigiosa apud alium deponitur usque ad decisionem causae: nec interest in iudicio vel ante illud fiat. *l. in princip. ff. de depositi. l. si solutus ff. de solut. Melon. l. tit. n. 7.* Si custodia causa tantum, dominium, & possessio civilis immota manet: si vero, ut interea temporis possideat sequestrer, possessio civilis & naturalis in illum transit. *l. licet ff. de depositi.* ut majorum fide, & diligentia servetur. 2. fit per sententiam Judicis cognita causa etiam in vitis litigatoribus, quam ob causam aliqui contentiosam; alii necessariam vocant. Et quamvis inde graventur partes, remedium censetur tutissimum in re dubia, modo sobrie, & prudenter a Judice constituatur. *l. aequissimum ff. de usufru. Gl. in c. ad hoc de sequest. Fel. in c. nihil prodest de praeser. Men. Reme. l. recup. poss. n. 319. Gail. l. de Arrestu. obs. 12.* Is apud quem deponitur res sequestrata, vulgo sequestrer appellatur, eo quod ejus fidem utraq; pars sequatur. *l. sequest. ff. de verb. sig. & ibi Alciat.*

III. Apud homines sanæ mentis, &

confirmatae ætatis deponi res posse, extra controversiam est. Si vero apud pupillum deposita fuerit, absque tutoris consensu, isque pubertati proximus sit, de dolo, & culpa lata tenebitur. *l. socius ff. pro socio Cagnol. in l. Contract. ff. de Reg. jur. n. 8.* nisi materia subiecta aliud suadeat. Contra illum, qui infantiae proximus est, actio datur, ut rem depositam reddat, vel ea perditam, id, in quo factus locupletior est. *l. 2. & 3. ff. Commodati Schneid. l. 3. Inst. tit. 15. §. Præterea.* Ubi bene monet, depositum fieri debere per verbum depono, vel commendo, ut *serves, vel custodias hanc rem.* Ex quo sequitur 10. si scholaris deponat librum in camera consodalis sui ipso sciente, & patiente non esse depositum, nec teneri ad custodiendum. 2. neque bidellum teneri de libris in schola relictis, nisi specificè ipsi traditi sint, vel officium ipsius id exigat, aut statutum. *Sily. n. 8.* 3. Idem dicendum de tabernario, & nauta, si in scis illis quicquam in taberna, vel navi relictum sit. Non tenentur enim, si res consignata non fuerit: & si consignentur in sacco, vel bursa non credetur deponenti, si dicat aliqua periisse, sed probare debet. *Specul. in Clem. non in agro de sta. Monach. Farinac. par. 2. Fragm. l. c. n. 25.* Imò nec juramentum admittetur, quia nisi semiplena probatione præmissa admitti non solet. *l. c. in quod metus causa Sily. l. cit. quem sequitur Armilla n. 9. & Tabiena n. 6. Schneid. §. Præterea Inst. de depof. de cista clausa, sigillata, & dissigillata V. Men. de arbit. Casu 208. Tusch. V. Deposit. Concl. 214.*

IV. Pecunia data alicui in custodiam cum facultate utendi illa, non propterea censetur mutuo data, proque illius usu aliquid exigi potest, contra quam Navar.

contendit in *Sum. c. 17. n. 181. & l. 3. Consil. 1. 2. 3. & 4.* Neq; enim pecunia semper pretii rationem habet, sed ut *S. Tho. docet 22. q. 78. artic. 1. ad 6.* potest esse aliquis usus pecuniæ secundarius, ut puta si quis concedat pecuniam signatam ad ostentationem, vel ad ponendum loco pignoris: & talem usum pecuniæ licitè potest homo vendere. Ita *S. Tho.* unde sequitur etiam locare posse, & aliquid propterea exigere: atque ita non semper in contractum mutui migrat depositum cum ea conditione datum, quamvis minus purum, & simplex sit. Quod verò leges attinet à *Nav. citat. ex ff. de reb. creditis* explicari & intelligi debent de usu pecuniam consumente, ac perdente, & quando ea, tanquam pretio utimur. *Bart. in c. Bona fides de depof. Soro l. 6. q. 9. ar. un. Comit. l. 3. q. 37. l. Lucius & l. Publica §. 1. civ. fin. ff. depositi.*

V. In duobus casibus licet depositario rebus apud se depositis uti. i. cum usu consumptibiles sunt, ut pecunia, frumentum, vinum, & similia neq; dubitat eo tempore, quo reddendæ sunt, tantundem ejusdem mensuræ, & bonitatis sese habiturum, quo satisfiat deponenti. Tunc uti, imò alienare potest absq; peccato saltem gravi; imò, si quid sua industria lucratus fuerit, non restituere. Nihil enim damni per hoc inferitur domino, qui rem suam uti dederat, quoad substantiam & valorem recipit. *l. si sacculum ff. depositi l. in Nave ff. Locati Mol. D. 524. Azor. III. l. 7. c. 7. Silv. n. 10. Coron. in Sum. Dian. V. depositum n. 3. 2.* si adsit consensus explicitus vel implicitus seu interpretativus deponentis ut si bona fide existimet illi non displiciturum, quod præsumere licet ex ingenio, & moribus domini. Quocirca *lo Faber. l. 1. C. de pigno.*

act. censet locum non habere hic poenam in jure constitutas commodatario & depositario propter usum rei commodatæ, & depositæ, cui subscribit *Cov. l. 3. Var. c. 15. civ. fin. Az. III. l. 7. c. 7. q. 8. Less. c. 27. n. 6. & 7. Laym. l. 3. tr. 4. c. 25. Lugo D. 33. S. 1.* Extra hos casus si usus fuerit vel alienarit, furti reus habetur. *l. 3. C. eod. Inst. de oblig. qua ex del. nasc. §. furt. V. Barb. cum DD. alleg. in c. 1. de depof. Mel. l. c. n. 2. Ful. Pac. conf. 150.*

VI. Non quia res deponitur omnia quæ consequuntur aut comitantur, deposita censentur: ut si servum apud me deponas, aut armatum equum, vestes, & ornamenta non sunt deposita. *l. 1. §. qua depositus ff. depositi.* Quæ depositis rebus accedunt, non sunt deposita, utpote, si homo vestitus deponatur: Vestis enim non est deposita: nec si equus cum capillro Nam solus equus depositus est. *Connan l. 7. c. 4. n. 14.* Pro iis tamen, quæ ita accedunt, competet actio, non depositi quidem, sed rei vindicationis. Contrarius *Accursius* tenet, deceptus *l. si ut certo ff. Commodati.* Ubi dicitur, Si tibi commodari equam, quam pullus comitatur, etiã pulles intelligitur commodatus. Nam diversa ratio est depositi, & commodati. In hoc utilitas accipientis, in illo dantis attenditur. Unde conveniens est verba deponentis, videl. ad rem ipsam. Ut non gravetur depositarius ultra, quã se extendunt.

VII. Depositarius ordinaria lege non tenetur nisi de dolo. *§. prate. Inst. quib. mo. re contrahitur oblig. l. si quis serv. 9 ff. eod. ubi Gl. & DD.* subaudiunt latam culpam, quã *Nerva* dolum vocat, puta, præsumptione quadam. *l. quod Nerva 32 ff. eod. si ergo depositar. in re deposita non adhibeat eam diligentiam, quã adhibet in rebus suis, dolose agere*

agere censetur. Qui modus præsumentur in contractibus, & quasi contractibus admittitur: in delictis vero minimè. Nam qui dolo occidit hominem pœna corporali plectitur. l. 3. *C. de episc. aud.* sed quando homicidium committit latâ culpâ, nõ corporaliter, sed extraordinariè punitur. *lin. Athionib. ff. de in litem iuram. ubi Glo. Tholos. l. 23. c. 3. n. 17.* Ex levi culpa tenetur. 1. quando de eâ conventum est. *c. Bo. fides. hoc. r. c. l. 1. §. sapè ff. h. r.* Nam contractus ex conventionem legem accipiunt. *c. Contractus. de Reg. iur. in 6. c. l. 1. §. si conveniat. h. r. 2.* quando seipsum obtulit pro deposito suscipiendo. *c. Bo. si. citato.* Nam se ipsum qui offert, maiorem affectum, & sollicitudinem profertur non contentus vulgari. *Onnatus Disp. 55. sect. 3. num. 34. 3.* quando pro custodia mercedem accipit. Tunc enim in utriusque utilitatem cedit Contractus. l. 1. §. *Vestimenta. §. si quis seruum ff. h. r.* Ex levissima culpa totidem casibus obligatur. 1. Si culpam in restituendo mora præcessit. *Glo. in l. 1. ff. h. r. 2.* cum dolum in custodiendo commisit, & deinde secuta est culpa levissima. 1. cum ita conventum est. *Glo. in c. Bona fides c. l. 1. ff. h. r. Mysing. in §. Sedis. Inst. de oblig. qua ex del. Denique si non restituendo tempestivè in morâ culpabili fuerit, & res periret, aliàs non peritura, si tempore restituta fuisset, iudicium feret iuxta. *c. 2. de deposito. ubi Barb. c. DD. allegati.**

VIII. Apud clericum rectè deponi *c. 1. de deposito* indicat. Apud Regulares parum regulariter, si Prælati consensus abest. *Sanch. l. 6. Mor. c. 14. n. 28.* Vnde consequitur, ut neque Ecclesia, neque cœnobium, si quid alienatum fuerit, vel perierit, restituere teneatur. Quia delictum personæ

non debet redundare in detrimentum Ecclesiæ. *Reg. 76. in 6. & qui alium depositarium non quæsit, sibi imputet. At si Ecclesia aut Monasterium suscepit depositum aliquod, puta, cum Capituli consensu, Prælati obligabitur, sicut alii depositarii, nisi quod restitutionem in integrum exigere licet, non quidem si rem fraude, aut dolo perdidit, sed si per culpâ latam, quando hæc iuris præsumptione dolo æquiparata, & secundum eam sententia lata, vel executio facta fuerit. *c. 1. de deposito. Innoc. Panorm. ap. Silv. nu. 3. Molli. Disp. 525. Less. c. 27. D. 3. Sanch. l. cit. Laym. l. 3. r. 4. c. 25.**

IX. Repetenti, quod deposuit, etiam furi, & prædoni illicò restituendum est. *l. 1. §. si prædo ff. h. r.* nisi cum dominus simul rem suam exigit. *Glo. in c. 2. de depos. vel abique domini detrimento reddi non potest iniusto possessori. l. Bona fides ff. de positi.* Retineri verò, aut saltem differri potest depositum. 1. si compertum fuerit, rem depositâ ipsius depositarii esse. Quis enim tunc rapier de manu ipsius? 2. Si eius bona, qui deposuit, confiscata sint. *l. c. Bo. fides.* Per confiscationem namque amittitur dominium, & transfertur in Fiscum. Hic enim regius sacculus est, in quem damnatorum bona reconduntur. *Glo. in l. fin. ff. ad le. Iuliam. maiestat. Lugo. D. 32. §. 1. n. 7. 3.* quando timetur damnû aliquod Spirituale, aut corporale. Furioso gladius machinanti proximo malum nemo prudens instrumenta reddit. Dubitatur autè, an sufficiat timor mali, non quod proximo, sed sibi ipsi meditatur reperens, ut in luxum, vel luxuriam impendat pecuniam absque ullius iniuria? Certeo in tali casu depositarium obsequentem volun-

tati repetentis depositum non peccare contra iustitiam, ac proinde ad restituenda damna ex prodigalitate causanda minimè obligatum iri, ex charitate tamen, si absque suo damno possit, consulendum, esse homini malè disposito, ac retinendum, quod petitur in meliorem occasionem. *S. Tho. 22. p. 62. a. 5. ad 1. Soto. l. 4. Q. 7. ar. 1. ad 1. Az. 3. l. 7. c. 8. Q. 4. Silv. V. Depos. sum. n. 11. Onnatus Disp. 55. Sect. 5. Gomez. To. 2. c. 7.*

X. Compensationem proprii debiti retentione depositi faciendam leges negant. *l. Si quis vel pecunias C. depositi. l. ult. C. de compensationib. §. In bo. fidei. Inst. de actionib. c. Bona fides. de deposito.* quibus locis indicatur pro compensatione reservare depositum nō licere, vel deductionem facere, hoc est, partem illius aliquam decerpere. Cōvenit enim cum primis fidem servari in iis, quæ inter se amici, fiducia sinceritatis paciscuntur. Unde qui depositum recipit, eo ipso obligat se ad reddendum quandoeunque reperierit dominus. Non enim aliter, quàm secundum leges agere intendit. Leges autem prohibent propter debita retinere depositum. *Azor 3. l. 7. c. 8. Q. 3.* Nihilominus tamen contra conscientiam & iuris naturalis æquitatem non videtur peccaturus, qui sublata spe, quod suum est, recuperandi, tamdiu depositum (vel commodatum) negat, donec ipsi satisfactum fuerit. Ita enim quilibet affectus præsumitur, ut contractum inire velit secundum leges præscriptas, illaeso tamen iure suo, quod Natura omnium parens cuilibet tribuit. *Glo. in l. si quis V. Exceptem ff. de Barb. in Præterm. h. t. Nav. c. 17. n. 115. Silv. V. Compensatio n. 3. Bonac. Tom. 2. pag. 367. n. 5. Cocconius Sum. Dian.*

*V. depositum. n. 4. Less. c. 27. Dub. 4. c. fin. Fill. tr. 34. c. 1. n. 18. Emma. Sa. & multi recentiores.*

XI. Imminente periculo, ut mea, vel deponentis peritura res sit, quid faciam? Tuam servabis, si pretiosior est, sin minus, alterius, qui damnum tibi compenset, cum minimè conveniat, te damnum alterius causa pati. *l. iure ff. de iure dotum.* Si verò contingat, non minoris, sed æqualis precij tuam rem esse, tuam præ aliena conservare potes, ut in pari discrimine vitæ magis propriæ, quàm alterius consuleres, iuxta ordinem charitatis, in quo personarum prima vocatur ego. *Abb. hic. Mascard de probat. concl. 509. Cardin. Mantus. de tacit. & ambig. tit. 9. Cardos V. Commodatum nu. 18. Carot. de deposito Pa. 2. Q. 2. Less. c. 27. D. 6. Barbosa in Præterm. l. 1. tit. 16. c. Bona fides. Angel. V. Commodatum. n. 10. Silv. V. depositum n. 5. Armilla n. 16. Emm. Sa. nu. 2. Layman l. 3. Tr. 3. par. 1. c. 1. & Tract. 4. c. 7. Garzia. c. 5. num. 24. Escobar. Tract. 3. Exam. 2. c. 7.*

XII. Ex deposito duæ actiones sunt, utraque personalis, Directa, & Contraria. Directa deponenti convenit, eiusque heredibus, adversus depositarium, & illius heredes, ad restituendam integrè rem depositam, aut si petiit, valorem ipsius. *l. 1. §. Qui depositus ff. h. t. Oldendorp. Classe 4. tit. 23.* Quod si causa incendii, nauticæ, tumultus, aut similis periculi rem depositam accepisti quidem, sed postmodum negas, in duplum contra te actio perimitur. *l. Quod tumultus ff. eod.* Ratio huius pœnæ est, quia eiusmodi depositum ex necessitate quadam committitur, servandum, nec ita liberè, ut extra periculum custos eligi potest. Maior itaque fides exigitur,

gitur, & quia maior culpa est, poena gemi-  
natur. Actio depositi contraria deposita-  
rio datur, & illius hæredibus adversus de-  
ponentem, & hæredes de recuperandis  
expensis in re deposita factis. Interdum  
quoque ad interesse, ut si servum furem  
sciens quis deponat, isque damnum infe-  
rat depositario, de quo *V. Azo in Sum.*  
*Melon. n. 25. Tholos l. 24 c. 4 sub init. Ma-*  
*nuch de arbitr. Casu 208. num. 28. Schnei-*  
*devv. l. 4. Inst. tit. 6. h. 5.* Denique scien-  
dum, quòd actio depositi directa infamat  
condemnatum. *l. 1. ff. de his, qui notantur*  
*infam. & l. Qui depositum 10. C. eod.* Agi-  
tur enim de fide rupta. Condemnatus  
autem actione contraria depositi non ef-  
ficetur infamis, quia non condemnatur de  
fide rupta *di. le. depositum. & ibi DD.*

§. II.

De Commodato

**C**ommodatum, quasi commodo  
gratis datum est. Contractus, quo  
rei aliqua gratis datur alteri ad certum  
usum vel usus gratia alicui rei quoad for-  
lum usum eumque certum, & determina-  
tum. *Glo. in c. 1. de Commodato. Hostiens.*  
*Angel. Silv. Armilla.* Dicitur 1. *Gratuita*  
*gratia* ut distinguatur à locazione, in qua  
merces requiritur. 2. *Alic. rei* puta, mo-  
bilis, vel immobilis, maxime non con-  
sumptibilis usu. Consumptibilia verò vix  
commodantur, nisi forte ad ostentatio-  
nem, usum videlicet quemcumque qui nõ  
sit consumptio *l. 3. §. ul. & l. seq. ff. Commo-*  
*n. 3.* Ad solum usum, ut differat à donatio-  
ne, & mutuo, in quibus traditur etiam do-  
minium rei, deposito item & pignore, in

quibus nec dominium, nec usus transfer-  
tur. 4. *eumque certum.* ad differentiam  
precarii, ubi usus incertus & indetermina-  
tus, est, *Silv. V. Commodatum num. 1.*  
*Mol. disp. 294.* Igitur ad substantiam cõ-  
modati hæc pertinent. 1. ut qui commo-  
dat rem alteri, etiam tradat. *l. obligamur.*  
*ff. de act. & oblig.* 2. ut sit consensus con-  
tractantium. *l. 1. §. adeo ff. de pactis.* 3. ut  
dominium rei commodatæ non transfe-  
ratur in accipientem. *l. rei commodata. ff.*  
*h. t. 4.* Ut eadem specie res domino suo  
reddatur, vel ut Philosophi loquuntur, ea-  
dem numero res. 5. ut commodeur sine  
pretio & mercede. *Ibid. V. Commodata.*  
6. ut detur ad usum aliquem specialem &  
ad determinatum tempus expresse vel ta-  
cite. *Glo. in c. 1. & l. In commodato. ff. hoc.*  
*t. Laym. l. 3. Tr. 4. c. 14. Romanus Consil.*  
*500. Tuschus Concl. 480. Filliut. Tract. 34.*  
*c. 8. num. 176.*

II. Dividitur Commodatum 1. ex par-  
te rei, seu materia. Vel enim mobilis est,  
ab alio, ut instrumenta, & suppellectilia,  
vel movens seipsam, ut servus aut pecus,  
vel immobilis, ut campus, fundus: incor-  
porales quoque, ut iura, & servitutes, ius  
utendi, usus, iuctus, ius habitandi in do-  
mo, villa, castro, & sim. Nec sacras exclu-  
do, dummodo ad usum factum dentur.  
Aliena non licet commodare. 2. ex parte  
finis seu usus ad quem res commodatur.  
Alius enim est usus iuctus qui locum ha-  
bet in rebus frugiferis: alius usus, qui in re-  
bus utilibus non frugiferis, ut equo, veste,  
& similibus consistit. Hic verò aut certus &  
determinatus est, ut si equum commodes  
pro itinere Romam usque: vel incertus, ut  
si relinquis voluntati, ac beneplacito  
Commodatarii. *42. 3. l. 7. c. 4. 3. dividi-*

END

raturatione temporis. Datur enim vel ad  
 certum tempus expressum puta, mensem,  
 aut annum vel indeterminate, donec ex-  
 pediatur negotium, ut si librum commo-  
 des ad describendum. 4. ratione personæ,  
 Vel enim sit gratia accipientis tantum, ut  
 communiter accidit, vel gratia dantis, ut  
 si sponsæ commodetur aliquid pro orna-  
 tu, ut ad se maiore cum pompa deduca-  
 tur: vel denique utriusque gratia, ut si quis  
 det vasa aurea & argentea Titio volenti  
 communem amicam convivio excipere.  
*l. in reb. §. hac ita. l. si ut certo. §. interdum.*  
*ff. de Garc. c. 5. n. 3. & seq. Azor lo. cit. Fil-*  
*liut. Tract. 34. c. 8. num. 179. Silv. num. 2.*  
*Emm. Sa num. 4. Escobar Tract. 3. Exam-*  
*2. c. 4.*

III. Commodantis officium est. *Primò*,  
 monere eum, cui commodat de vitio, aut  
 defectu rei commodatæ, ut si equus calci-  
 trans, aut bos cornupeta est. Cum enim  
 beneficium præstare se profiteatur, con-  
 veniens est, de damno contingente, quo-  
 ad fieri potest securum reddere. *Conna-*  
*nus l. 7. c. 3. n. 6. Secundò* solvere expensas  
 extraordinarias, quas in reparationem  
 rei commodatæ commodatarius fecit,  
 ut si pars ædificii collapsa fuerit, vel ager  
 alluvione divulsus. Sed damnum sua cul-  
 pã enatum, ut minores expensas quoque  
 commodatarius præstabit. Alendus enim  
 equus est, & mandanda domus &c. *Tertio*  
 non licet commodatum ante tempus cõ-  
 stitutum repetere: alias in damnum, & in-  
 teresse damnabitur. Quamvis contractus  
 sit gratuitus, obligat tamen ex iustitia ad  
 servandam p̄missionem quemadmodũ  
 in simili de donatione diximus. *it. l. §. 5. l.*  
*in commodato §. sicut ff. de h. t. & c. un. eod.*  
*Groz. c. 5. n. 7. Armilla V. Commodatum*

*nu. 3. Contingere nihilominus casus po-*  
 test, in quo Commodans licetẽ revocet,  
 quod commodavit puta, si grave dam-  
 num immineret. Præsumitur enim eius-  
 modi casus excepisse, quibus prævis ni-  
 hil commodasset, cum in locationibus  
 idem concedere oportet. *Angel. n. 4. Silv.*  
*eod. Mol. disp. 294. Emm. Sa. V. Commo-*  
*datum Filiut. l. cit. n. 180. contra Navarr.*  
*c. 17. n. 182. Layman l. 3. Tr. 4. c. 14. n. 2.*

IV. Ad ea, quæ Commodatarius præ-  
 stare tenetur, pertinet. 1. non excedere  
 usum, & tempus præscriptum. 2. ut post  
 præscripti temporis lapsum restituat, ean-  
 dem, ut acceperat specie, seu numero. 3.  
 non deteriorem fraude aliqua, vel dolo  
 factã, quod fiet, si non minore cura quam  
 res proprias conservavit. 4. damna com-  
 pensabit, si quæ per culpam aut dolum il-  
 lata sunt. *l. in reb. 18 ff. Commodati.* An  
 verò retinere liceat rem sibi commoda-  
 tam loco debiti, ambiguum est: iure Co-  
 dicis veritum esse legis ultima de *Com-*  
*modato* textus indicat. *Prætextu debiti re-*  
*stitutio commodati non probabiliter reu-*  
*satur.* Et communiter ita sentire DD. as-  
 serit *Petrus de Onnate disp. 43. de Contra-*  
*ctibus Sect. 6. num. 105. Molina Disp. 297.*  
*less. c. 27. Dub. 3. Reginald. l. 25. Tr. 6. num.*  
*471. Laym. l. 3. Tr. 4. c. 14. n. 2. Az. 3. l. 7. c. 7.*  
*p. 7. ubi Armillam erroris arguit, & com-*  
 pensationem debiti in *Commodato* lo-  
 cum habere docet, quod secundum ius  
 naturale verum credo.

V. Quando in solius commodatarii, ut  
 communiter amat fieri, res commoda-  
 data est, & patitur læsionem aliquam,  
 commodatarius de culpã latã, levi & le-  
 vissima tenetur, quia eandem illi quã reb.  
 propriis curam, & custodiam debet. *l. c.*



*In reb. ff. h. c. VVesenbec. l. 13. ff. de. 6. num. 8.*  
 Delata & levi, si tenebitur, in utriusque  
 utilitatem fuerit constitutum. Casus for-  
 titos non præstabit, nisi vel ad usum non  
 concessum adhibuit, vel in culpabili mo-  
 ra fuit. Qui sine casu fortuito. *Barb. in*  
*l. de Commod. c. an. nu. 7.* Si alicui ait Ca-  
 ius in l. cit. argētum commodavero, quod  
 is amicos ad cenam invitaturum se dice-  
 ret, & id peregrè secum portaverit, sine  
 ulla dubitatione, etiam piratarum & la-  
 tronum, & naufragii casum constare de-  
 bet. Quid autem faciendum sit, cum &  
 tua & commodatoris res in pari discrimi-  
 ne versatur, nec simul utraq; servari po-  
 test, ex §. prec. nu. 11 liquet. *Vallensis l. 3. et*  
*15. n. 3. Barb. in Pratermissis h. t. & in c. 3. de*  
*Precario.*

VI. Quod in *Reg. Iuris 25. de R. T. in 6.*  
 dicitur mora sua cuiuslibet est nociva, com-  
 modatarius imprimis stringit. Nam si ul-  
 tra tempus concessum, vel extra usum de-  
 terminatum, non restituit, quamvis levissi-  
 ma culpa fuerit, ad omnia damna inde  
 secuta tenetur, etiam lucri cessantis, sup-  
 ponendo rem acceptam esse in solius ac-  
 cipientis commodum. Quod si pertina-  
 citer usque ad sententiam condemnato-  
 riam retinere ausit, non solum ad restitu-  
 tionem rei, sed etiam valorem ipsius ob-  
 ligatus est. Mora non culpabilis à com-  
 pensatione lucri cessantis, & damni emer-  
 gentis excusat. Nam quicumque res suas  
 petenti commodatò tradit, eo ipso cen-  
 setur exponere se periculo casuum non  
 prævisorum, adeoque nemini innoxio  
 impurare potest. *Decius in Reg. Vnicuique*  
*ff. de Reg. Iur. Azor. III. l. 7. de Commod.*  
*o. 9.*

VII. Ex commodato duæ actiones o-

riuntur, Directa & Contraria. Dir. s. tam  
 habet Commodator adversus commo-  
 datarium, & hæredes ipsius. 1. ad restitu-  
 tionem rei commodata finito ipsi us ut u. 2.  
 ad æstimationem rei, cum res perit, et com-  
 modatarii dolo, aut culpa. 3. ad inter esse  
 propter deteriorationem. *l. sec. l. mibi. 3. §. se*  
*reddita ff. h. c. ubi Paulus Castrens. id ver-*  
*um esse tradit, quando de peritorem rem*  
*esse factam Commodator ignoravit: aliàs*  
*videretur remississe. l. Qui si bi §. 1 ff. de solu-*  
*tion. Contraria actio competit Commo-*  
*datario ad repetendam magnas impensas*  
*in re commodata factas: Item si sciens*  
*Commodator vasa vitiosa commodavit,*  
*quo factū, ut infusa corrumpereentur. di. l.*  
*In reb. §. possunt. ff. h. c. Azor in summa l. 4.*  
*et. 25. Onnatius Disp. 43. §. 3. Az. III. l. de*  
*Commodato 7. c. ult. Schneidewin. l. 3. in-*  
*stit. et. 15. §. Item is qui. VVesenbec. &*  
*Vallens. ibid. Reginald. l. 25 Tr. 6. c. 35. nu.*  
*472. Laym. l. 3. Tr. 4. n. 14. n. 3. Oldendorp.*  
*classe quarta, Actione 15. VVesenbec. l. 13. ff.*  
*et. 6.*

§. III.

De Precario.

I. **P**recarium est Contractus, quo res  
 aliqua petenti ad usum conceditur,  
 tamdiu, quamdiu non revocaverit is, qui  
 concessit. *l. 1. ff. de Precario. & c. ultimo*  
*cod. Cuiacius in l. 4. §. ul. de usuc. Vnde*  
 statim apparet liberalitatis quandam spe-  
 ciem esse iure gentium receptam. A com-  
 modato differt, quòd hoc ad certū usum  
 & certum tempus expressum, vel tacitum  
 conceditur: precarium verò non ita, sed  
 prohibitu dantis revocatur. Quòd si con-

Ggg. tingat

tingit interdum nominari certum tempus, tamen intra illud, qui dedit, revocare potest. *Barb. in l. In commodato. ff. Commodati. Gomez. To. II. c. 7.* addens aliam differentiam, quod in Commodato nulla possessio transeat in recipientem. *l. Res commodata. ff. de Com. mod.* in precario autem transeat possessio naturalis, & apud dantē maneat civilis, nisi aliter pactū sit. *l. Et habet §. fin. de precario. & ibi DD. cum Glo. ordinaria.* Ob quā causam precario utentibus datur interdictum possessorium. *l. Qui precario ff. de precar. quod non simpliciter rem detinentibus, sed possidentibus datur. l. 3. §. Creditores. ff. V. sup. §. de iur. Cur autem in Commodato idem non fiat, difficile est arbitrari. Fortē legulatori placuit, propter difficultatem recipiendi Precarium, hoc ei privilegium dare, quandoquidem usus illius non perinde, ut in Commodato certus, ac definitus, est. Vel, ut *Tholosanus indicat l. 13. c. 2.* hoc ipso quia petit rem sibi dari possidendam, possessionem accipit. Habere, ait, possessionem videtur ex hac solummodo causa, quia preces adhibuit, & impetravit, ut sibi possidere, vel uti liceret. *l. 2. §. fin. ff. de Precario. Tiragu de constituto. par. 1. n. 4. Seb. Navi. in l. Et habet ff. hoc tit. Menoch. de arbitr. Casu 24. Barb. in c. 3. de Precariis.**

II. Quamvis, ut diximus arbitrio dantis relicto sit, quocumque voluerit tempore, quod dedit, repetere, non faciet tamen illic ante omnem usum, & commoditatem perceptam accipientis, ne fraudulentæ machinationis suspicionem incurrat, quasi fidem dederit, ut mox resumendo sue sua, & comodo defraudatū illudat. Alia etiam subinde, & melior causa subesse potest, sed nos in vitium credu-

la turba sumus. Consultum ideo est, ut si quando necessitas id suadeat, causa indicata repetatur Precarium ab eo, cui liberaliter concessum est. *Menoch. de arbitr. Casu 23. num. 2. Azo in Sum. l. 8. §. 9. Abb. c. ult. n. 13. Less. r. 27. nu. 4. Molina Disp. 298. Reginald. l. 25. c. 37. num. 480. Azor. 111. l. 7. hoc tit. c. 2. Layman. l. 3. tract. 4. c. 14. num. 4. Cuiacius l. 5. Observat. c. 20. VV. esenbec. l. 43. ff. r. 26.*

III. Apud Ostiensem in Summa, & Glo. §. fin. de Precario. extant hi VV.

*Ria, Ria, Rium, tria sunt, quibus est caput unum.*

*Ria sunt solita per singula lustra renasci.*

*Ria fit ad mortem, nec citra vult renovari.*

*Rium finitur, quando auctor vult renovari.*

Unde tres species Precarii à quibusdam constitutæ sunt: cum revera à veri Precarii natura deficient, inter se verò accidenaliter tantum differant. Precaria enim est concessio usque, vel usufructus ea lege facta, ut is qui rogavit, tamdiu utatur fruaturve, quamdiu vixerit, qui concessit: quæ in personis Ecclesiasticis non admittit successionem, sive in beneficio, sive in aliis rebus Ecclesiasticis. *l. fin. de Precario c. 2. 10. q. 1. Tuschus Concl. 473.* Precariæ sunt veluti plures concessiones simul junctæ, Tholosani iudicio. *lib. 23. c. 2. num. 4.* Alii communiter eas intelligunt, quæ post quinque annos renovantur, non tam juris dispositione, quam consuetudine: idque propter periculum oblivionis, & præscriptionis, ne posterius inter hæreditariam possessionem numerare videant. Revocatio fieri potest expressè, vel tacitè, ut si videns

cont.

continuari possessionem Dominus d'ffimule. *Gloss. in c. Precaria 10. quest. 2. & alii DD. apud Barbof. in c. 1. de Precariis Vallensis tit. de Precario.*

IV. Possitne esse precarium rei suæ, ut si rem tuam pignori datam à Creditore petas ad usum, ipsius arbitrio revocabilem, non immeritò dabitur? *Ulpianus in l. certè interim ff. hoc tit. ita respondet. Mihi videtur verius precarium consistere in pignore, cum possessionis rogetur, non proprietatis, & est hæc sententia etiam utilissima: quotidie enim precario rogantur creditores ab his, qui pignori dederunt, ita Ulp. Unde sequitur scholarem, qui pro debitis oppignoraverit libros suos, petere ab hospite suo in precarium posse, utique uti non jam ut suis, sed precario acceptis, & si abusus fuerit, obligatum iri non secus, ac si alieni essent, de dolo, & culpa lata: juxta communem omnibus legum in Reg. Jur. 23. Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum, & culpam. Dolum tantum Depositum, & Precarium. Idem habes in l. questum est §. Eum quoque ff. hoc tit. Sylv. Precarium. num. 2. Reginald. l. 25. c. 36. num. 478. Tuschus Conclus. 474. Oldrad. Consil. 135. V. Circa quod attendendum.*

V. Quatuor modis finiri Precarium potest. *Primò* voluntate ejus, qui concessit. Is namque ut num. 1. dixi, liberam repetendi voluntatem ita habet, ut nullo pacto sopiri possit. *Gomez l. 2. c. 6. Secundo* lapsu temporis, pro quo datum erat. *l. cum precario ff. hoc tit. Tertio* alienatione, ut si is, qui dederat, venditione, vel alio contractu, modove rem aliena-

vit. Tunc enim nisi in precarium novus Dominus concesserit, Precarium definire necesse est. *Quarto* denique finitur morte ejus, cui fuerat concessum, quia privilegium personale est, quod Successorem non admittit, vel hæredem. *c. ult. de precario Bart. in Auth. de non alienando num. 4. Tiraquei. de constituto part. 1. num. 65. Ang. Sylv. & alii Summistæ AZor III. l. 7. de precario c. 3. Reginald. l. 25. c. 37. num. 481. At morte concedentis non extinguitur, sed perseverat in hæredes transfuso jure, & arbitrio revocandi. l. cum precario ff. hoc tit. Covarr. l. 3. Variar. c. 15. num. 3. Aloys. Ricca. in praxi rer. fori Eccles. Decis. 75. Tholos. l. 28. Syntagm. c. 2. ci. fin. Cardos. in praxi iudicum V. Commodatum num. 6. Barb. in c. ult. de precario q. 1. Neque obstat l. 4. §. Locati, ubi videtur contrarium dici: quia loquitur de Precario ad beneplacitum concedentis factò: non verò, quod conceditur, quouique revoca. fuerit. Covar. l. 3. Var. licit. Card. Tusch. pract. Concl. lit. P. Concl. 472.*

VI. Ex Precario nulla jure civili, ut in Commodato directa vel contraria actio oritur, sed propter æquitatem naturalem competit interdictum de Precario. *l. interdict. 13 ff. de precar. l. eum qui §. is qui precar. ff. de furto, si nihil cautum est de restitutione. Si autem dando Precarium cautum fuerit de restitutione per stipulationem, ex ea agitur, si alio modo, cessat interdictum. l. & habet 15. §. cum quis ff. h. t. & datur conditio præscriptis verbis, quæ ex bona fide oritur. Igitur per interdictum restitutorium precarii dominus repetit ab eo, qui possidet, vel dolo possidere desit. l. sicut C. de act. l. in traditionibus.*

*ff. de pactis.* Item quanti sua interest, non est tutum esse cum re precario data, ab eo tempore, quo petivit fructus consequitur, quodque ex re natum erit. *l. cita. Interdictum l. habet ff. de precar.* Nam qualis data fuit, restituenda res est cum iuribus suis *l. Quasi sum §. Ex hoc ff. b. 1.* Expetitur etiam post annum, & qui dedit precarium, & hæres illius. *§. Ex hoc interdicto & §. seq. de Precar.* idque tum contra accipientem, tum illius hæredes, sive habere dolo desierit. Neque hæredi licet usum capere, ut paulò ante indicavi. *Mol. & Az. lo. cit. Tholos. l. 23. c. 2. num. 13. Iason in tit. de action. §. sequens num. 20. & seq. Oldendorp. Classe 4. Act. 16. Cuiacius l. 5. observat. cap. 20. VVesenbec l. 43 ff. tit. 26. & C. tit. 8. & 9. Cepola Tract. de servit. Urb. c. 79. num. 9 & sequ. Az. in sum l. 8. §. 9. Fillius Tract. 34. c. 9. num. 204. Escobar. Tract. 3. Exam. 2. c. 5.*

## §. IV.

## De Mutuo.

**I.** Mutuum est Contractus, quo quis alteri tradit rem suam ad usum, ut statim fiat accipientis, & restituat postea tantum eiusdem rationis, & qualitatis. *l. 2. ff. Si certum petatur. l. 1. §. Mutui autem ff. de act. & obligationib.* Dicitur Primò Contractus, Neque enim de mutuo materialiter seu objectivè sumpto agimus. 2. quo quis tradit rem suam, quia re ipsa perficitur, non secus, ac Depositum, Commodatum, & Precarium. Res autem ponderi, numero, vel mensura constare debet. Numerum intellige in rebus quæ functionem recipiunt. Mensuram, quæ res liquidas vel aridas capit, non qua rerum magnitudines & locorum intervalla me-

timur. *Az. 3. l. 7. t. 4. Fachinans l. 2. c. 49. 3. ad usum,* in quo cum Commodato, & Precario, convenit. 4. ut statim fiat accipientis, quia, quod in prædictis non fit, rei dominium in accipientem transferatur. 5. & restituat postea tantum eiusdem rationis & qualitatis. Nam si statim restitutas, permutatio erit. Eiusdem rationis seu speciei, & valoris seu pretii reddendum, intellige, per se, & regulariter. Nam per accidens evenire potest, ut eadem numero res restituatur, si fortè propter temporis defectum eam qui accepit, abluere non potuit. *l. 3. ff. Si certum petatur. Bart. & DD. in l. 1. ff. Si certum petatur. Tholos. l. 22. c. 2. Schneidewin. l. 3. Institut. 11. 15. Gomez Tom. 2. c. 6. VVesenbec. l. 12. tit. 9. num. 9. Taurer. D. 4. Q. 7. Dub. 3. Alciati. l. 2. Paradox. c. 2.*

11. Quinque modis dividitur. In naturale, & Civile. Naturale, cum re ipsa tibi pecuniam meam, aut simile quid numero. Civile vel est simpliciter tale, vel est civile, cui ipsa natura suffragatur. Simpliciter civile. Sola Iuris civilis potestate vim habet, ut si filiusfam. ex peculio profectio dederit mutuo pecuniam, fictione iuris Pater dedisse censetur, cui idem reddere debes, non filio. Item, si deposui apud te 100. aureos, cum permissione usus, Iuris fictione censeor numerasse & dedisse 100. mutuo. Mutuum civile, cui natura suffragatur, est, quando quis promittit alteri per stipulationem dare mutuo pecuniam, & stipulationem ipsam statim consequitur numeratio, vel proxime præcessit. *l. Si ita stipulatus fuero ff. de verb. oblig. Stipulationem enim Ius civile introduxit: at natura ipsam numerationem. 2. ratione materiæ aliud mutuum constituit.*

numero, uti pecunia, vel in pondere, aut in modo est in massa auri, vel in mensura, quale quid est. Vinum, oleum, & similia. 3. Ratione temporis aliud datur ad certum tempus, aliud ad incertum, licet non perpetuum, ut si dem mutuo pecuniam, quam possis Musicam, vel arithmeticam perdiscere. Mutuo ad certum tempus pactum addi potest non solventi, & de luero cessante caveri. *Soto l. 6. q. 1. art. 2. Gaill l. 2. obs. 5. n. 14.* 4. Ratione personae aut datur solui ad utilitatem, & commodum eius, qui accipit, aut illius, qui dat, aut utriusque causa. 5. Ratione modi, aliud est mutuum expressum, aliud tacitum. Expressum erit, si ex gr. tibi dem 3. utras vini. Tacitum in aliis Contractibus virtute continetur, puta, in emptione, & venditione. Vendis Cato merces creditu, perinde est, ac si illatum pretium mutuo dedisses. Denique secundum *Navarr. c. 17. n. 106.* aliud est verum, aliud velatum, aut palliatum. *Caiet. de Jurac. 3. Az. 3. l. 7. de Mutuo. c. 2. Navar. in c. 1. 14. nu. 4. Tuschus Concl. 441. Silv. F. Mutuum. Less. c. 20. D. 1. & 2. Escob. Tr. 3. Ex. 2. c. 6. Fill. Tr. 34. c. 10.*

III. Mutuari posse, qui bonorum suorum liberam administrationem habent, vel legibus non prohibentur, extra controversiam est. De servis, Procuratoribus, & filiofam. ambigitur. Ac primo quidem servum, cui dominus administrationem peculii sui commisit, dare & accipere mutuum posse, patet ex *l. si rogasti. Si fugitivus ff. de reb. cred.* ita ut totum ius domino acquiratur. *l. nec servus. ff. de peculio.* Contra Procurator Generalis mutuum dare absque speciali mandato non potest. *l. Procurator 63. ff. de procuratorib.* Filiusfam. si absque consensu Patris accipit

mutuum, idque consumpsit ita, ut inde ditior non evaserit neutro in foro ad restitutionem teneretur, sed opponere potest *S. C. Macedonianum*, quo foeneratores privantur omni iure ad reperendam pecuniam mutuo datam, & Dominiu transcribitur illis, qui acceperunt. *V. Wesenbec. l. 14. Digest. 12. 6. Mol. Disp. 201. Gomez. l. 2. c. 6. n. 2. Less. c. 20. D. 2. Saub. l. 7. Mer. c. 31. n. 22. Laym. l. Tr. 4. c. 15. n. 5.* ubi requirit in mutuantem culpam aliquam, ut praedictae poenae locus sit, quemadmodum. *Abb. quoque in c. Quia plerisque de immun. eccl. n. 26. notavit. Fachinans l. 2. c. 62. Trentler. Disp. 20. n. 7.*

*Dixi.* Si consumpsit, nec ditior inde evasit. Nam si vel ipse, vel ipsius pater rebus suis incrementum inde fecerunt ad restitutionem iure naturali tenentur: quicquid in contrarium leges civiles constituunt. *l. sed si ff. de S. C. Maced.* Praeterea in sequentibus casibus citatum S. C. non habet locum.

1. Si filiofam. quo tempore mutuo pecuniam sumit, miles est. *Lult. C. eod.* Tunc enim praesumitur in usus necessarios petere, & impendere.

2. Si peculium castrense habeat, vel peculii adventitii administrationem, & usum fructum cum patris sui consensu.

3. Si accipiat iussu patris, aut consensu expresso vel tacito, quia nimirum cum sciret, non contradixit: aut si postea contractum approbarit, verbo, aut facto, quia V. g. partem debiti soluit. *l. tamen si ff. eod. & l. ult. C. eod.*

4. Si Publice sui iuris esse videatur, vel patremfam. se esse dicat, eique iustam causam credendi mutuator habeat. *l. 3. §. pen. ff. eod.*



5. Si pro alio, qui sui iuris est, & mutuum capit, fideiussit, nisi in fraudem S. C. Macedoniani factum fuerit.

6. Si pecunia mutuo accepta in rem patris versa sit. *l. Item si. §. proinde ff. eod. de quo sufficienter constare debet.*

7. Si Pater, aut alius filium negotiatio ni suæ præposuit. Censetur enim tunc facultatem dedisse mutuandi, nisi de contraria voluntate ex aliis indiciis constet. *l. et. Item si.*

8. Denique si filiosam legationis, vel studiorum causa absentis ad necessarios sumptus pecunia credita fuerit: modò præscriptos limites non excesserit. *l. Macedoniani. C. eod. Quod etiam de regularibus dicendum, qui in Academiis, & gymnasiis student. His enim cum necessaria pecunia sit, nihil interest, à Prælato suo, an alio ipsius loco interim accipiant, dummodò fraus, & collusio absit. Gomez. l. 2. c. 6. num. 2. Azor. 3. l. 7. c. 3. hoc tit. Mol. Disp. 301. VVesembec. l. 14. ff. Tit. 6. Lessic. 20. Dub. 2. num. 10. Laym. l. 3. Tr. 4. c. 15. n. 4. Card. Lugo Disp. 25. Sect. 1. num. 3. Trevit. Disp. 20. n. 8.*

IV. Hisce diæis non obstat, quod Covarr. in c. Quamvis pactum p. 2. §. 3. num. 6. & Rebell. Par. 2. l. 8. p. 8. Sect. 2. movet. Per S. C. Macedon. non nisi actionem in foro externo negari fœneratoribus: obligationem verò naturalem manere, adeoque in conscientia obligatos esse ad restituendum, quod mutuo acceperunt. Non obstat, dico. Tametsi enim eiusmodi contractus, ut minorum quoque, non omninò invalidi sint, & obligationem naturalem pariant; claudicant tamè propter contractus iuris dispositionem, secundum quâ re-

pellere actore à petitione sua possunt, & negare solutionem etiam in conscientia eò quòd Magistratus odio fraudis, & aliorum malorum fœneratores dominio pecuniæ in mutuum datæ privavit. Si tamen filiosam, quisquam iuri suo renunciarit, & iuramento promiserit solutionem, servare tenetur secundum Reg. alibi traditã. Quia absque dispendio salutis animæ hoc servare potest. *Azor lo. cit. Schneidev. l. 3. Inst. re. 11. de acquis. per arrogat. imola in c. cum contingit. de sur. VVesembec. l. 12. ff. 11. 1. Corn. in Auth. Sacramenta puber.*

V. Quando pro ecclesia, aut loco quicunque pio datum est mutuum, non Prælato & Capitulo simul, sed alteri personæ, de quæ usu illius, & necessitate dubiù oritur, mutuanti incumbit probare; pecuniã autem se mutuo traditam in ecclesiã, alteriusve Pii loci utilitatem conversam esse. *l. Civitas ff. si cerium petatur. Auth. Hecius porrectum. C. de sacros. eccles. l. 1. c. de solut. Covarr. l. 2. Var. c. 17. Az. l. cit. Q. 6. Mascard. de probat. Concl. 1165. n. 3. Barb. in Præcmiss. ad c. Quod quibusd. de fideiuss. & Palao Tr. 32. Disp. 4. pun. 5. Nihilominus actio datur mutuatori adversus eum, qui nomine ecclesiæ mutuum, petivit, & accepit, qui etiam cogi potest, ad præstandũ interesse; & damna, quæ ex tali mutuo exorta sunt. V. Oldendorp. Classe 4. Actio. 17. ubi Actionis præfatiæ naturam, & conditionem exactè declarat.*

VI. Mutuum dans duas obligationes contrahit *Prima est*, rei quam dedit, vitiosæ damna compensare tenetur, nisi per ignorantiam excusetur, quia bono, & æquo non convenit (ut Pomponius ait *l. iure ff. de iure dot.*) aut lucrari aliquem cù damno alterius, aut damnum sentire per alter-

zios lucrum: quod fieret, si pro vitiosa non vitiosam rem mutuans reciperet. Quod si mutuarius sciens nummos esse falsos, sine contradictione accepit, veros reddere tenetur, quia tunc veros accepisse praesumitur. *l. Damnum ff. de contrab. emp. Secunda obligatio est*, non repetendi mutuum ante usum illius completum, vel ante tempus constitutum, nisi pari necessitate prematur, aut aequale damnum metuat. Alias mutui quis usus, quae utilitas. In dubio Iudex arbitrabitur, & decideret, quando reddi debeat. *Bart. & Bald. in l. si parum de verb. oblig. Panorm. in c. Precarium. num. 2. de precariis. Menoch. de arbitr. l. 2. Casu 22. Tiraguel. in l. si unquam. c. de revoc. donat. Mol. Disp. 259. Reginald. l. 25. Tr. 2. nu. 174. Card. Lugo. Disp. 25. Sect. 1. num. 1.* Eidem competit actio, quae vocatur *condictio certi specialis*, quae repetitur, quod mutuo dedimus. *V. Kling l. 3. Inst. ff. 15. Oldendorp. l. cit.*

VII. Mutuarius tenetur, rem mutuo acceptam constituto tempore reddere, alias damna compensabit, ut supra. *l. 2. nu. 3. 2.* tenetur reddere in eadem specie: pecuniam pro pecunia, frumentum pro frumento, vinum pro vino &c. in aliis omnibus. *3.* in eadem quantitate: quantitas autem frumenti, vini, & similitum mensura est. Mutato pondere, aut mensura, reddet in ea, qua accepit. *4.* in eadem qualitate, seu bonitate. Accipisti vinum integrum non acetosum, non marcidum, redde, iisdem notis commendatum. Si vero acetosum mutuator dedit, & incorruptum exigit, usurarius est. Denique in omni eventu, etiam quando calu pecuisset, restituendum mutuum est,

quia dominium illius apud mutuatarium est. *l. Incendium. C. si certum petatur. §. Item cui res instir. Quib. mo. re contrah. obligatio. Fachinens. l. 2. c. 51. Reginald. l. cita. Foll. Tr. 34. c. 10. n. 228.*

VIII. Tamen si mutuum acceptum etiam publica Scriptura confessus fueris, exceptionem non numeratae pecuniae obtendere potes. *§. unico. Inst. de iur. oblig. l. si ex cautione. l. asseveratio. l. in Contractib. C. de non numer. pec.* Datur autem biennium a die talis confessionis numerandum, quod liceat opponere. Et elapso & neglecto, incumbit mutuatio probare pecuniam exhibitam non fuisse. *Mol. Disp. 301. Cynus in l. in contractib. C. de non numer. pec. & alii ap. Gomez. To. 11. c. 6. Card. Lugo. cit. n. 5.* Similis exceptio intra 30. dies competit creditoribus in quocunque debito, si opponant spe illius recuperandi maturius tradidisse apertiam. *l. in Contractib. C. de non numer. pecun. Laym l. 1. Tr. 4. c. 15. ci. fin. De certi condictione ex Mutuo, quae reipersecutoria est, ut damnatus soluat tantundem, id est, rem eiusdem generis, & qualitatis. V. Oldendorp. C. l. 4. Act. 17.*

§. IV.

De Usura.

**V**Usura Mutui corruptela, seu Vitium materialiter sumpta est res, quae ultra sortem petitur & accipitur, vel si maioris, lucrum ex Mutuo principaliter intentum. Formaliter Voluntas capiendi tale lucrum, aut Contractus usuraria voluntate initus. *Anton. Par. 2. c. 7. §. 1.* Iure naturali profano, & sacro prohiberi, notius est, quàm ut declarem. *12. q. 3. & 4. Decretal. h. 1. & in 6. & Clement. l. Improg.*

*Improbum. C. Ex quib. cau. in fa. luris di-*  
*vini & naturalis vim in eo consistere cō-*  
*muniter DD tradunt, quod ratio & iusti-*  
*tia non patitur plus exigere in gratuito cō-*  
*tractu, quàm dederis. Less. c. 20. D. 4. Cen-*  
*tum petenti mihi mutuo dedisti. Cur cen-*  
*tum & decem reddi postulas? Quia, in*  
*quis, toto anno pecunia mea carui, me que*  
*ne reperere possem, obligavi. Obligatio*  
*hæc pretio æstimabilis est. Si plusculum*  
*peto, aliquid saltem propter hoc onus for-*  
*ti adijciatur, puta 2. aut 3. aurei. Hæc, fa-*  
*teor; Petra Scandali est, & quis tollet? Fo-*  
*vet, & favet pro argumento 1. fide iubere*  
*pro alio ad certum temporis spatium, cum*  
*summa notabilis est, pretio æstimari po-*  
*test, quamvis nullum in debitore pericu-*  
*lum sit. ergo & iam mutuum dare cum*  
*obligatione intra annum, vel biennium*  
*non repetendi. 2. Pro obligatione mu-*  
*tuandi mille suscepta per unum, licet exi-*  
*gere aliquid ergo etiam pro obligatione*  
*non repetendi mutuam pecuniam tan-*  
*to tempore. 3. aliis rebus, & oneribus pre-*  
*tium imponitur, quid n. etiam oneri ca-*  
*rendi pecunia suâ, cum hæc sit instrumen-*  
*tum negotiandi, quo privare se, pretio æ-*  
*stimari potest. 4. Quod boni communis*  
*intuitu & bona fide à rep. constituitur,*  
*cum de intrinseca malitia non constat,*  
*pro æquo, & licito haberi, & observari*  
*potest. Sic autem Mercatorum commu-*  
*nitas alicubi facit, nominatim Antverpiæ,*  
*constituendo nimirum quid, quantumve*  
*pro ratione periculi fortis, vel difficulta-*  
*tis in ea recuperanda, exigi ultra sortem*  
*possit, licetque de 100. exigere usque ad*  
*12. flor. Ita Less. c. 20. Dub. 14. n. 126. per id*  
*excusari posse consuetudinem mercato-*  
*rum Antverpiensium iudicans. Eandem*

opinionem probant Præter Sectarios, *Medina C. de rest. Q. 32. §. Inde inferitur. &*  
*alii quos tacito nomine refert Molina*  
*disp. 308. §. Non desuerunt. Idem docet*  
*Petrus Ledesma par. 2. Summa Tr. 8. c. 33.*  
*concl. 4. dicens, ita sentire discipulos. S.*  
*Thom. Item Celestinus in Compen. Theol.*  
*mor. Tr. 11. c. 5. Q. 2. Diana vero Tract. de*  
*Contractib. Resol. 48. & To. 4. Tr. 13. Mis-*  
*cell. Resol. 50. relatis sententiis, & auctori-*  
*bus nihil definit. Card. Lugo. Disp. 25. S. 3.*  
*quem lubens sequor, novissimè scribens*  
*rationes à Lessio allatas diluere conatur:*  
*dubito tamen, an contentiozæ menti om-*  
*nem scrupulum eximat. Nam si, ut com-*  
*muniter DD. censent, ea habetur opinio*  
*probabilis, quæ à viris doctis cum ratio-*  
*ne defenditur. Soto l. 6. q. 1. ar. 6. cit. su. quo-*  
*modo istam damnare possumus, quæ mul-*  
*tis & à multis recipitur, & approbatur?*  
*Cupio audire, an consistentem ex buca*  
*mercatorum Antverpiensium aliquem,*  
*qui secundum prædictam opinionem, &*  
*consuetudinem mutua vit, ut auctarium*  
*reciperet, ad restitutionem velis adigere?*  
*Non ideò tamen illi viæ, sed communito-*  
*ri insistendum censeo. V. Confortiam Pal-*  
*lavicinum. l. 4. de iust. c. 15. Coton. in Sum.*  
*Dian. V. Mutuum.*

II. A iure civili veteri usuras infra cet-  
 tum modum admitti. Si Alciato credimus  
 in c. 1. de off. Ordin. n. 78. Doctorum unani-  
 mis consensus est. l. eos C. de vsuris. l. Pla-  
 cuit ff. eod. tit. Tholos l. 22. c. 3. num. 6. & 20.  
 Maranta Par. 6. dist. 19. n. 108. Contrarium  
 qui asserunt, non legem, sed contumaciam  
 proferunt, in Authenticis implicite vetari  
 à Iustiniانو Imperatore, quia profitendo  
 Catholicam fidem quatuor Concilia uni-  
 versalia quibus, usura damnatur, appro-  
 bant.



barit, quæ conie& ura vel nimium, vel nihil probat. *S. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 1. ad 3. Casian. ibid. Sotus l. 6. q. 1. art. 1. Gabr. in 4. d. 15. q. 11. Covarr. l. 3. Var. c. 1. n. 6. Az. III. l. 5. de Vsur. c. 2. Tholos. l. 22. c. 3. Vallens. l. 5. Paratiul. tit. 19. Barb. in c. 2. de Vsuris. Novo iure à Germanis Imperatoribus prohiberi severè, usus ipse per Germaniam, & Comitiorum imperialium leges docent, late Anno Chr. 1500. *Augusta. 1530. 1532. 1548. 1576. 1577. V. ad Contz. l. 8. Pol. c. 17. Dixi infra certum modum à Iustiano usuræ permitti in veteri Iure l. Eos & c. sup. tit. Modus in his VV. continetur.**

*Discant illustres stipulari posse videntes;  
Et mercatores solum sibi quarere bestes:  
Quarere semissas possunt communiter omnes:*

*Intrae&itius vires centesima sumit.*

Centesima usura de centum annuè facit 12. Bessis centesimæ 8. Triens 4. semissis 6. Centesima sing. mensib. de 100. unum parit. Vnde 8. annis & 4. mensib. par sorti usura redditur. *V. Canis. de Vsur. c. 1. num. 29. Binsfeld. eod. c. 3. Q. 4. l. l. Clar. l. 5. §. eod. Barb. in c. si quis oblit. 14. q. 4. An simul ut licitas Vsuras permiserit Iustianus inter DD. agitur; quibuscum trahere contentiosum funem non lubet. Si factum, leges à Iure Canonico improbatæ, abrogatæ, & correctæ sunt: uti observat. *Covarr. l. 3. Variar. c. 1. Card. Tuschus. Concl. 38. Laym. l. 3. Tra&ct. 4. c. 16. Conrad. de Contract. Q. 22. Concl. 7. Vallens. in Paratiul. l. 5. tit. 19. nu. 6. qui etiamnum sequi monet, non omnino, & indistinctè fœnus nauticum à Iure Canonico improbatum, sed permitti, cum debitor sponte convenit cum creditore, ut hic in se periculù suscipiat, constitutâ certâ mercede pericu-**

lo proportionata Id enim licitum esse docet *Covar. l. 3. Variar. c. 2. n. 5. Adrian. in 4. de rest. §. Occurrunt. Escobar. Tra&ct. 3. Exam. 5. c. 1. Laym. l. cit. num. 13. Binsfeld. in c. Naviganti. Q. 1. Concl. 4. Palao. Tra&ct. 32. Disp. 4. Puncto 18. Melonius Tit. 15. nu. 27.*

III. Vsuræ formaliter accepta, dividitur.

*Primò* in mentalem seu internam, & externam, eo modo & sensu, quo alia peccata dividi solent.

*Secundò*, Externa fit interdum cum pacto, interdum sine illo. Illam aliqui realem vocant, hanc verò mentalem, eò, quòd sola intentione perficitur.

*Tertiò*, Quæ pacto constat, alia est formalis, & explicita, seu nuda, altera Virtualis, & palliata. Pallium verò texitur 4. modis. 1. per solam venditionem, cum quis merces suas maiore pretio vendit, eò quòd solutio in longum tempus differenda sit. 2. per solam emptionem, cum quis emit viliori pretio, quia anticipatò solvit. 3. per solutionem, cum quis in fine anni deberet solvere 100. aureos, non nisi 80. pendit, quia 3. vel 4. mèsibus ante terminum solvit. 4. emptione, & venditione simul, ut si cogaris emere aliquid 33. aureis, & statim revendere 20. aut 25. tantum: intellige, si eà conditione emptor accipiat, ut statim revendat minore pretio. *Palao. Tr. 32. Disp. 4. pun. 8. Potest etiam dividi in mentalem, pactionalem & exactionalem, in quibus omnibus Vsuræ peccatum committitur. V. Comitol. l. 3. c. 34. n. 5. Navarr. Comm. de Vsur. init. Az. III. l. 5. c. 3. Vires I. Consulti aliter dividebant in Lucratoriam, Punitoriam, & Restauratoriam seu Compensatoriam. Lucratoria propter solum lucrum ex mutuo fit. Punitoria pactum continet de aliqua pœna solvenda.*

Hhh da. Re-

dâ Restitutoria habet pactum de aliquâ re ex mutuo danda ratione damni emergentis vel lucri cessantis, propter periculum, laborem, expensas, & similia. *Bald. Sali. Paulus. l. Usura C. de Usuris l. cum quidam §. si pupillo ff. h. e. V. Vesenbec. l. 22. ff. de 1. Caballinus Q. 1. de Usuris n. 5. Salas Dub. 2. Laym. l. 3. Tr. 4. c. 16. num. 5. Palao Tract. 22. Disp. 4. Pun. 8. n. 3.*

IV. Vi compendio agamus, & infinitatem quæstionum, quas Summistæ invenerunt, evitemus ad hanc velut cynosuram in materia dubia convertendi oculi sunt, videndumque, quænam sit intentio contrahentium. Si exigendi auctarium alia causa non est, quam mutui concessio. Usuræ crimen committitur secus, si sine causa mente propter lucrum cessans, damnum emergens periculum, laborem, aut his simile onus ultra sortem aliquid tali periculo vel labori proportionatum petatur, & promittatur. Hoc ipsum verò quia periculo non vacat, cupiditatis æstu ut plurimum obnubilante iudicium, suæ quisque conscientiæ testimonio remittendus, iudici verò à præcipiti sententia ac damnatione abstinendum erit. *Escobar Tr. 3. E. nam §. c. 1. Antonin Par. 2. tit. 1. c. 6. §. 1. Cotton. in sum. Dian. V. Mutuum.* Sumitur hæc Regula ex bona intelligentia definitionis Usuræ Superius allatæ. Et nisi ita restringatur modus, & ratio exigendi auctarium ex mutuo, pactorum iura distinguuntur minime poterunt, nec Montes pietatis defendi ab ipsa pietate, ut mox videbimus.

V. Pœnæ Usurariis infligendæ duplices sunt. Spirituales, & temporales. Quod spirituales attinget, communionem aëaris per ceptione Sacra Eucharistiæ, oblatione sa-

cienda, & ecclesiastica Sepultura privantur. *c. Quia in omnibus. de Usuris. ubi c. si legimus* Qui acceperit (ab Usurario oblationes) vel Christianæ tradiderit Sepultura, reddere compellatur, & donec ad arbitrium episcopi satisfaciatur, ab officio sui maneat executione suspensus. Idem sumitur ex *Conc. Later sub Alexan. 3. c. 25. & refertur ab Antonio Aug. Collect. 1. Decretal. l. 5. tit. 15. c. 2. Barb. in c. cit.* Nec proderit in extremis pœnitentia nisi restituerit inique parata, vel certe de futura satisfactione sufficienter caverit. *Glo. communiter recepta in Clement. I. V. Manifestus Usurarios. Anton. Par. 2. tit. 1. c. 10. Angel. V. Usura §. 2. num. 4. & seq. Silv. §. 9. nu. 4. Armilla n. 53.* Ad eam cautionem requiruntur pignora, aut fideiussores. *inc. Quam. de Usur. V. idonea DD. movent.* His deficientibus iurabit Usurarius, se nec pignora, nec fideiussores habere, cui iuramento fides tribuetur. *Less. c. 20. D. 22. n. 188. anno tans simul post. Extravag. Ad evitanda. l. 11.* Usurarium quamvis publicum vitandum non esse, etiam in Sacris antequam denunciatus sit.

VI. Temporalis pœna duplex est. Infamia ipso iure decreta. *l. Improbum fenus. C. l. ex quib. cau. irrog. infamia.* Clericus ad ecclesiastica beneficia & officia inhabilis redditur. *c. Infames. 3. p. 7. c. si quis oblitus 14. p. 4. c. 1. c. Præterea de Usuris.* Episcopus tamen post condignam satisfactionem & penitentiam dispensare potest, non tantum, ut beneficium obtentum retineat, sed etiam ut novum illi conferatur iuxta *Glo. communiter receptam in c. Præterea de Usuris. V. Suspendas. Palao Tr. 32. Disp. 4. Pun. 30. num. 4. 2. Testamentum, codicillus, & alia quævis ultima volun*

voluntas Vfurarii manifesti ipso iure irrita est, nisi ante mortem iniuste comparata restituat, vel idoneam cautionem modo praedicto praestet. *c. Quamquam de Vsuris in 6 Felinus in c. Translato. de Constitut. Covarr. 3. Var. c. 3. Iul. clarus. §. Testam. Q. 26. Navarr. c. 17. num. 279. Binifeld. de Vsur. c. cum in diocesi Q. 2. Silv. & Sum. mista eod. Mol. D. 334.*

NOTA Praeter poenas in Iure Vfurariis constitutas a Iudice ecclesiastico ulterius poena pecuniaria prout aequitas dictaverit, multari posse, Maranta tradit, & probat. *Par. 6. Iudicior. §. Sexta & ultima nu. 100 & sequentibus. Addit Iul. Clarus in §. Vsur & Menoch l. 2. de arbit. Casu. 358.* qualibet arbitraria etiam corporali poena affici posse. Id enim verò, & criminis malitia, & frequentia inter Christianos maior, quam infideles, exigere viderur. *Laym. l. 3. Tr. 4. c. 16. n. 21. Salas de Contract. Dub. 47. de Vsur. Barbos. Tuschus. Concl. 342. & 354.*

§. VI.

De monte Pietatis.

**C**ONTRA montem hunc latrant Ministelli quidam è Lutheri Schola, in primis *Balth. Meisnerus* Vittebergensis Professor, qui in *Par. 3. Philosophia. Sobria Sect. 1. cap. 6. Q. 1. §. Coronis.* de Pontificior. inconstantia fultus praesidio *Dominici Soto* doctrinam Theologorum nostrorum, qui Montem pietatis videntur, & approbant, inconstantiae, simulationis, falsitatis, & Vfurariae pactiois arguit. Verbis impugnare, re ipsa approbare Vsuras, specioso nomine uti, ut blandiantur meretrici Babylonicae, cuius est super mō-

tes sedere. Huius rabulae os blasphemias eructans ut obturemus, Montium pietatis institutum hoc loco nobis accuratè exponendum erit. Primam originem simplici oculo intuentes, aliam praeter Pierate non reperiunt, ut inde merito nomen ipsum traxerit. Nam viti misericordiae quidam angustiam pauperum ex una parte, ex alia divitum avaritiam considerantes, qui subvenire indigentibus nisi cum lucro suo nollent, eum modum excogitarunt, quem hodie cernimus, ut nimirum in Acervum quendam certa pecuniae summa pia, & gratuita donatione congeratur (nec interest, quo modo, sive ultima voluntate, sive donatione inter vivos &c.) quae semper adiuvet, & nunquam minuat. Quem in finem necessarium erat, de fomento, & suppletionem industriam adhibere. Placuit ergo haec leges figere 1. ut Custodes, seu perfecti teneantur pauperibus mutuum petentibus dare certam summam, V. g. 10. aureos reddendos intra annum. 2. ut accipiens mutuum pignus consignet in manus ministrorum suo periculo, vendendum, si praefixo tempore non soluerit, ut inde summa concessa ad Montem redeat, superfluum verò mutuuario reddatur. 3. Ut mutuarius ultra sortem, modicum quid singulis mensibus pendere teneatur pro expensis, quae sunt in conservationem montis, & stipendia ministrorum, qui pecuniae curam habent, pignora custodiunt, & illa servat, redduntque suo tempore, recipiunt mutui solutionem, conducunt domum, arcam emunt, & libros rationum; denique omnia necessaria procurant. In hoc mutuandi genere an lateat Vsuræ vitium controversia est.

II. Pro affirmativa parte ratio occurrit

Hh 2

i. In-

1. Iniustum est vi mutui cogere aliquem illis stipendium solvere, qui absque ullo pacto præcedente in gratiam ipsius laborarunt, quemadmodum hic contingit iuxta legem tertiam. 2. Ministri montis promittunt exigunt mercedem, pro custodia, sive onerosa sit, sive non, cum æquitas suadeat, non nisi pro onerosa aliquid exigere. 3. Qui maiori tempore mutuo datum retinet, plus cogitur solvere, ergo ratione temporis aliquid exigitur, quod Usurariū est. 4. Sumptum facere pro pecuniæ conservatione, pignore, custode, libris rationū, & similibus manifestam usuram indicat. Quid enim aliud Iudæi faciunt, quos usura vitio inquinatos esse nemo ignorat. Nec refert, dominium abdicari ab iis, qui montem constituunt. Hoc enim ad pauperes degravandos nihil, servit, sed reip. seu communitatis officium est, summā depositam conservare, & sumptus facere, vel ex ipsa massa quisquis cū tempore peritura, vel aliunde, & sic gratis dare mutuum petentibus nihil inde sperantes, iuxta Christi præceptum. Ita ferè præter Sectarios *Caietanus Tom. II. Opusc. 6. Silv. V. Usura §. 9. 4. Soro l. 6. Q. 1. art. 6. V. Lugo disp. 25. Sect. 10. n. 188.* Pro defensione Montis plures laborant tū propter summorum Pontificū definitionē, tū propter rationes. I. fundatur in Regula præc. §. posita. Hic nihil ratione mutui exigitur, sed pro expensis duntaxat, quod non adversatur iustitiæ. Nā qui sentit commodū, onus quoq; sentire debet. *iux. Reg. 55. Iuris in 6. 2.* Nemo tenetur mutuum dare cum damno suo. Tantum ergo postulare licet, quantum damno suo avertendo necessarium est. Cumque hoc privato cuilibet liceat, quid causæ est, ut negemus illis, quibus Montium pietatis cura

commisā est? 3. Quod defensionem seu declarationem summorum Pontificū atinet, ea notior, & manifestior est, quam ut eludi verbis possit. Approbavit *Paulus 2. Sixtus 4. Innoc. 8. Alex. 4. Iul. 2. & potissimè Leo X.* qui in *Con. Lateran. Sess. 10.* rematurè deliberata definiit, rem esse licitā & piam, contrarium docentes excommunicavit, porrigētibus manus adiutrices ad tā piū opus concessit Indulgentias. Denique in *Con. Tr. S. 22. c. 8.* inter alia opera pia numerantur montes pietatis. Quare *Less. c. 20. D. 23. & Pallavicinus l. 4. de iust. c. 15.* hoc tempore certam esse sententiam pronūciat *Fell. verò Tr. 34. par. 2. c. 9. n. 168.* contrariam opinionē vniūmè turā existimat.

III. Quod verò *Sorus* cum quibusdam ingerit acta *Conc. Lateran.* non omnia ulu recepta esse, nihil ad rem facit, cum non sit lex, sed declaratio doctrinalis petens ad mores totius Ecclesiæ quæ quoad certitudinem suam ab acceptance non pender, sed omnes fideles obligat, etiam ipsos Pontifices. Deinde erroneum est *Soti* iudicium in eo, quod *Caietani* auctoritate scribit, Montem pietatis non esse approbatum à *Concilio* nisi quoad illa capita, quibus non pugnat cum Iure naturali, & Canonico, quale non est, aliquid ultra sortem exigere. Hoc enim iuri naturali repugnat. *Caietanus* autem non vitur exceptione illa contra *Concilium Lateranense*, sed aliam Bullam antiquiorem, quæ ipse viderat, & in qua dicit, se legisse illa verba. Scripserat enim Opusculum illud anno 1498. antequam *Co. Lateran.* inchoatum esset. Quocirca vel postea retractavit sententiam suam, vel non interfuit sessioni illi decimæ, in qua excepto *Hieremia Episcopo Tranenſi*, omnes approbarunt instituta.

institutum Montis pii. Denique minus caute dicit *Soto*, rem hanc non potuisse à Pontifice aut Concilio definiri, cum pen- deat solum ex Philosophiâ morali Non enim dubitant Theologi, quin possit & debeat Summus Pontifex ea determina- re, quæ ad conscientiam & mores totius Ecclesiæ pertinent, cujusmodi sunt om- nes controversiæ & capita, de quibus ambigitur, iusta, an iniusta, Dei legibus convenientia & licita, an verò adversa, & illicita sint. Minus igitur tuta hodie, sed periculosa vel etiam temeraria *Soti* opi- nio censenda est. *Barb. in summ. Decif. Coll. 517.*

IV. Nec difficile est rationes in contra- rium allatas diluere Nam 1. nemo cogit- tur vi mutui stipendium solvere illi, cum quo nihil pactus est, quia nihil exigitur ratione mutui, sed expensæ, & laboris. Nec pactum deest. Hoc ipso enim quod quis ex monte mutuuum petit, in leges ip- sius consentit. 2. Quod Ministri indiffe- renter exigunt æqualem mercedem pro custodia onerosâ, & non onerosâ, non tam voluntate, quàm necessitate accidunt, quia moraliter impossibile est, quemad- modum in assignatione tributi, à sua- singulis quotam decidere, ut in indivisi- bili medium attingatur. Item montis conservatio in utilitatem omnium indi- gentium tanti momenti est, ut unus, vel alterius leve damnum merito propter il- lam negligatur. 3. Quod ratione longio- ris temporis plus solvi dicitur, ita acci- piendum est, quod non præcisè propter moram illam fiat, sed propter interessè, seu damnum ipsius montis, quia eo tem- pore alendi sunt Ministri, aliis petenti- bus non potest dari, quod ab alio possi-

detur, & similia incommoda ex morâ non solventium proveniunt. 4. denique quamvis usura sit, pro consueto & neces- sario labore, qui est in numeranda pecu- nia, & annotando nomen accipientis, si- ne quibus non fit Contractus mutui, ex- igere aliquid tamen pro onere conser- vandi totum montem, & pignora, aliasq; curas, modo non excedatur terminus, nihil iniustum continet. Igitur ad hæc, & similia excusanda non alia opus est consi- deratione, quàm quæ in *Reg. sup. §. postre- ma* continetur, *ratione mutui ut sic, nullum au- ctarium postulari. Medina. Navar. Salonius, Bannez, Valentia. Tol Lopez, alii, quos citat. Mol. D. 3. 5. Salar Dub. 33. Less. D. 23. Az. III. l. 5. c. 8. Fill. l. cit. Card. Lugo Disp. 25. Sess. 10. Escobar. tract. 3. Exam. 5. c. 3.*

V. Ad normam prædictorum Mon- tium, qui à pietate nomen habent, alii et- jam non nihil diversi constituti sunt. Ac primò quidem hoc modo. Cum pecunia à fundatoribus assignata ad mutuandum non sufficit, alii de suo pecuniam adji- ciunt eâ lege, ut annuè de centum 4. aut 5. florenos percipiant, à ministris, liceatq; repetere sortem pro arbitrato. Ministri igitur à mutuantibus tantum exigunt, quantum in expensas, & satisfaciendum illis, qui pecuniam addiderunt, requiri- tur. Plus hic periculi latere, quàm in prior- ri modo, videtur. Sic enim Judæi scæne- rantur. Attendendum igitur, quo titulo deponentes pecuniam prædictam aucta- rium accipiant: si titulo depositi, vel mu- tui, non careat usuræ morsu; si verò propter lucrum cessans, aut damnum e- mergens, excusari possunt, nec sub alia forma modum illum *Julius III.* approba- vit, referente *Navarro Consil. 2. de usuris.*

Excusari etiam posse Filiutius censet ab obligatione restituendi lucrum sine illis conditionibus acceptum, si qui Monti præfunt, requisiti expressè declarent, se condonare fructus à quolibet sine titulo perceptos: quod *Card. Lugo* meritò improbat. Damnum namque non Mons, sed mutuarius patitur, qui quam diu non remittit, obligatus manet damni illius auctor. Secundò inventi sunt alii montes ab Italis potissimum, de quibus agit *Tol. l. 5. c. 39.* qui non nisi nomine tenus à censibus differunt. Ex gr. Princeps quispiam aut Resp. magna pecuniæ summa indiget, quam nisi à diversis consequi non potest. Igitur montem erigit, cui assignat pro fundo reditus in vectigalibus vel aliis immobilibus fructiferis, & vendit mille loca v. g. in illo monte, quorum singula emuntur 100. florenis redduntque emptori annuatim 4. aut 5. ea lege,

ut liberum sit Auctori montis ea loca redimere, quemadmodum in censibus fieri solet. Verùm aliter, adque aliter eadem montis institutio fieri posset, in quo immorari superfluum iudico, jam sæpius indicatam regulam repetendo. Æquitatem & iniquitatem ex titulo, & causa auctarii dependere, quemadmodum omnes DD. agnoscunt. *Soto l. 6. q. 1. art. 6. Filiut. tract. 34. c. 9. Card. Lugo Diss. 25. Sect. 10. Tanner. Diss. 4. quest. 7. num. 84. Ioan. Viggers tr. 5. de controv. c. 7. D. 3. ad Contzen l. 8. Politic. c. 18. Valentia III. Diss. 5 q. 23. pun. 4. Bonac. de usura q. 3. pu. 3. Busenbaum l. 3. tract. 5. D. 6. p. 303. Henric. de si. hom. c. 10. num. 11. Escobar. tract. 3. Exam. 5. c. 3. Ioan. Medina q. 10. de usur. Mol. Diss. 325. Salon. q. 78. art. 2. contr. 27. Rebell. l. 8. q. 13. Salas Dub. 33. Palao tract. 32. Diss. 4. puncto 24. Tolet. l. 5. c. 38. Zerola part. 2. V.*

Mons piet.

## TITULUS IX.

### *De Contractibus onerosis, in quibus dominium transfertur.*

**E**X Contractibus, in quibus dominium transfertur, duo sunt nominati, emptio, & venditio, qui per modum unius computantur; & Censur, qui venditionis præ se speciem fert: tertius innominatus est, & *Cambium* appellatur.

\* \*

§. I.

*De emptione.*

**I.** **E**MPTIO est Contractus, qui consensu perficitur, pretii pro merce. Venditio est contra mercis pro pretio. Dicitur 1. Contractus, qui consensu perficitur, ad excludendum eos, qui requirunt traditionem,